

re peccatum suum agnosceret, & oraret Pa-
trem dicens: Peccaui pater.

Luca 18.

Publicanus, non ausus attollere oculos in
caelum, sed percutiens pectus suum, & dicens:
Deus, propitius esto mihi peccatori.

Quare firmiter credere debes, Christum pro
tuis peccatis satisfecisse, eaq; tibi condonasse, &
te iam saluatum esse. Deus enim vult esse pater no-
ster, propitius & misericors, propterea, quia cre-
dimus in Christum, & eum accipimus, quemad-
modum nobis per Spiritum sanctum ore Prophe-
tarum promisit, ut sequentia dicta iestantur.

Esaia 40.

Ego sum, qui deleo iniquitates tuas pro-
pter me.

Zacha. 11.

Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.

Iere. 31.

Propitius ero iniquitati eorum, & pec-
cati eorum non amplius recordabor.

Psal. 24.

Via Domini omnes sunt bonitas & ve-
ritas, ijs, qui seruant pactum eius, & testimo-
nium eius.

Psal.